



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Annales Mariani Societatis Iesv

Nádasi, János

Romæ, 1658

Anno MDLXXIX.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42840

Illi ebe-
dire .

gnificè gloriofa conspecta fertur dixisse : Frantise
relinque has oves ; & vade statim Murciam , ubi sancta
vite Sacerdotes inuenies . Paruit , & in Societate pro
beneficio gratus vixit . Vide num. 910.

A N N O M D L X X V I I .

920 Moriens hoc anno *Ioannes Baptista Caran-*
dinus Seminarij Romani Conuictor , Deiparam
præsentem spectasse dicitur à Sacchino , ab eaque
didicisse ; Innocentium Fontanam votis potitum.
Optabat ille Societati adscribi : sed non deerant
qua obstante . Rogauit Carandinum ut cuidam
suo negotio felicem à Deipara exitum impetraret .
Et *Ioannes , Clementissima , inquit , Mater hoc ait ; te id*
quod optas assecuturum . Et est assecutus , ut latè re-
fert Sacchinus in hist. Societatis .

n.33. ob. 1577. 921 *P. Ioannes de Zunniga cùm extremo in mor-*
bo doloreret spem sibi aliquam sanitatis potius quam
mortis asserri , postea visam sibi dixit Beatissimam
Virginem amanter promittentem , fore , ut proximo
suo festo die hinc emigraret , mortalitate solu-
tus . Et verò 2. Februarij Limæ abijt , seu nos præ-
cessit .

A N N O M D L X X V I I I .

ob. 1578. 922 *Didacus de Mendoza ante mortem , Deipara*
quam se coram intueri aiebat , Feliciter , inquit , ac
benè veneris , Domini mei Mater , ac Domina mea .
Vnde mihi benignitas , & indulgentia tanta ?

A N N O M D L X X I X .

ob. 1579. 923 *Ioanni Ximeni Coadiutori coram imagine*
Immaculatae Conceptionis oranti scrupulus incidit ,
quod erga animas in purgatorio horrendis tormen-
tis afflictas parum liberalis esset , atque propensus .
Hæc secum ipse volvens , ecce velut consultricis
Deiparae hortamentum accepit , cùm vocem audire
sibi

sibi visus est apertè dicentem: *Ximene, memor esto animarum purgatorij.* Promisit, & præstítit. Idem P.Balthasari Aluarez cùm redderet conscientiæ rationem, fassili eit, se Beatissimæ Virginis allocutio-ne nocte quadam ad studium perfectionis accen-sum adeo, vt nesciret quid amplius desiderare pos-set. *Malte animo, Ximene, aiebat Virgo illi lo-quens; age ut agis: perge prosperè per hanc ipsam quam tenes arreptæ obedientiæ cœca viam.. Hac rectis itineribus, & regia via pergis..*

Obedien-tia cœca
illam co-lere.

924. Hunc eundem Ioannem triplex ille ad salutationem Angelicam pulsus deprehendit in saxo sursum voluendo occupatum. Audito signo Ioannes mox dimisit saxum, vt Deiparam salutaret. Stupuit socius qui aderat, & videbat, quod saxum licet à nemine teneretur, tamen deorsum pondere suo præceps non descenderit.

P.Simonem Rodriguez Beatissimæ Virgi-nis pulchritudinem cogitantem, raptum ferunt, mo-
lem ipsam membrorum animo subleuante, pecto-risque incendio inflammante vultum, erectis in cœ-lum oculis tollebatur in sublime, subductus à terra; rursumque deprimebatur impetu spiritus tanto, vt artuum tota compages dissolui propemodum con-cusso collisiisque videretur.

ob. 1579.
Hist. Soc.
n. 290.

ANNO MDLXXX.

925. P. Balthasarem Aluarez Româ in Hispaniam reducem fama est Laureti Deiparam religiosè veneratum à Dei Matre consilium accepisse, vt S. Iosephum magno studio coleret. id quod ille sub mortem häud obscurè postea testatus, Patrum cuiquam S.Iosephi cultum suadenti, & eiusdem imaginem ad venerationem offerenti, dixit: *Optime di-sis: sic enim hac Domina mihi dixit. Patre Eduardo-*

S. Iosephū:
colere.

Mer-